

aliquod damnum, præjudicium vel scandalum, judicium hic designatorum sententiâ, multum grave dicto Collegio generetur; et præmissa vel eorum aliquod coram Præsidente, assistentibus ei Vice-præsidente, Decano, et Dispensatoribus, vel saltem Decano, uno Dispensatore, et aliis tribus ex septem maxime senioribus, publice confessus fuerit, vel eorum judicio et sententiâ debite convictus fuerit, eum statim a Collegio, præsentis virtute statuti, nullâ aliâ monitione præmissâ, exclusum et privatam fore ipso facto discernimus, absque cujuscunque appellationis, nisi ad Visitatorem, vel querelæ remedio.

Cap. 35. *De punitione in minoribus criminibus.*

Statuimus ut si quis Socius, scholaris, discipulus aut minister, crimen vel delictum aliquod de levioribus commiserit, de quo probabiliter coram Præsidente, vel quod ad non Socios attinet Vicepræsidente et Decano, fuerit convictus, veluti inobedientiam non pertinacem, aut irreverentiam nequaquam gravem contra Præsidentem vel Vicepræsidentem, aut contra suum seniorem, sive jurgium breve vel verbum indecorum cum Vicepræsidente, Decano, Dispensatoribus vel aliis Sociis, seu levis contentio per eum in dicto Collegio vel extra fuerit suscitata, vel alio modo leviter excesserit seu deliquerit, per quod grave scandalum sibi vel Collegio minime generetur, is per Præsidentem, vel si non Socius sit Vicepræsidentem vel Decanum, corripiatur de commisso, et moneatur attente ne postea talia attentare præsumat. Quod si postea in eodem vel consimili sic iterum delinquat, si in statutis alibi de hujusmodi crimine, delicto vel pœnâ pro eo infligendâ, aut ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, expressa mentio facta fuerit, tunc secundum exigentiam eorundem puniatur et castigetur. Quod si in eisdem, de hujusmodi delicto vel pœnâ, expressa mentio facta non fuerit ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, tunc secundum excessum et delicti quantitatem Præsidentis, vel si non Socius sit Vicepræsidentem vel Decanum, eum corrigat puniatque pro commissis.

Cap. 36. *De Statutorum exemplaribus in manus tradendis.*

Tametsi ignorantia cæca in his, ad quæ observanda adstringitur quispiam, nemini opitulari debeat, sed adversari potius et in eum objici; ne tamen quispiam in hoc nostro Collegio eam frustra adducat pro defensione, statutum sit ut hæc statuta typis mandentur, atque ut eorum exemplar cuique Socio, Scholari, Discipulo, et Exhibitionario, in Collegium admissio, tempore admissionis suæ, in manus tradatur.

Cap. 37. *De Visitatione et De Statutorum emendatione.*

Si quando annorum cursus vel rerum difficultas statuta ipsa in aliquâ parte mutari, aut etiam nova adjici, poscat, illud fiat proponentibus Præsidente et majori parte omnium Sociorum, et consentiente Visitatore.

Quum autem super aliquo Articulo statutorum opinionum varietas et discordia inter Præsidentem et Socios, aut inter ipsos Socios, aliosve quoscunque Collegii, oriri possit: quum porro aucti redditus vel, (quod facile evenire potest) mutatus auri valor, distributionem vel auctam, vel novam, vel etiam latiore, requirere videatur: quæ omnia, et similia, summâ quâdam auctoritate dijudicari et sanciri decet: has propter causas liceat semper Domino Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, de dubiis, quæstionibus, et querelis, necnon de propositis quibuscunque ad illum delatis, judicare et decernere: cui quidem judicio vel decreto quisque intra Collegium, cujuscunque status aut

other of the seven senior Fellows, then upon his conviction by the above-mentioned judges, he shall be deprived of his place in the College; and no other remedy but that of an appeal to the Visitor shall be open to him.

CHAP. 35.—*Of Punishment for slighter Offences.*

For such faults as disobedience not persisted in, disrespect towards the President or Vice-President or any one of senior standing, altercation with or unbecoming language towards the Vice-President, Dean, Bursars, or any Fellow, or slight quarrels, any offender is to be reprov'd by the President, or, if he is not a Fellow, by the Vice-President and Dean. If he offend again in the same or a similar manner, he is then to be punished in the manner prescribed in the former part of the Statutes for the offence committed. But if there is no previous mention in the Statutes of his offence, the President or Vice-President and Dean must punish the offender according to their discretion, having regard to the nature and magnitude of the offence.

CHAP. 36.—*Of giving Copies of the Statutes to the Members.*

Ignorance of one's duties ought, indeed, to make the case of an offender worse rather than better; however, that it may never be pleaded amongst us, we enact that these Statutes be printed, and a copy given to every Fellow, Probationer, Scholar, and Exhibitioner on his admission.

CHAP. 37.—*Of the Visitor and the Amendment of Statutes.*

Necessary changes in the Statutes or additions to them may be made by the Visitor, on the proposition of the President, and the greater part of all the Fellows.

Disputes respecting the meaning of the Statutes are to be settled by the Visitor, who has authority also to sanction alterations in the payments made to the members of the College, or to enact a new and extended distribution of the revenues, if rendered necessary by changes in the value of money, or increase in the property. The decisions and decrees of the Bishop of Winchester, the Visitor, are to be final, and to be obeyed by every member of the College.